

Ibi Legitimos, Adde & naturales. Quid tamen si tantum legitimi essent rescripro principis legitimitati qui secundum aliquos nihil a legitimis differunt, ut per nostrum Gutierrez in repetitione. §. sui numero 164. cum pluribus sequentibus, insinuat de hered. qual. & differunt. vide latè & optime de hac questione & dubio Tellium hic numero 14. in fine cum pluribus sequentibus.

Ibi Mandat. Sive titulo legati, sive institutionis, prout inquit Minchaca de successione §. 1. numero 9. versic. denique cum.

Ibi Hasta la quinta parte. Dicitio illa, Hasta, totam quintam partem includit, que quidem quinta pars non solum filio naturali & legitimis existentibus legari potest, verum etiam extraneo cuiuslibet secundum leges nostras regias. imo & nepoti naturali ex filio premortuo secundum Suarez in l. 1. titulo 6. libr. 3. Fori versic. hac de, in princ. fol. 88. quod tamen intelligendum est, nisi adessent plures filii legitimi & naturales quam quinque, quia tunc non capiet quantum totum filius iste naturalis, sed tantum, quantum quilibet eorum capiet ne plus naturalis ac illegitimus quam legitimus capiat secundum Molinam de Primogenitiis. lib. 2. capit. 15. numero 51. & Joannem Gausiam, de expensis capit. 3. numero 8. & 9. & Tell. hic numero 27. cum tribus sequentibus, ubi optime quaerit an idem sit, si extraneo quantum legatur, ut illud totum quantum capere non possit si testator habeat filios quinque aut plus, ne extraneus plusquam filius capiat, & in lege 10. Tauri, ipse Tellius hanc communem dicit opinionem, quidquid contrarium in utroque casu voluerit Matienço hic in gloss. 4. per totam: Imò & idem novissime asseri posset, quamvis propriis usibus partem quinti, aut totum legaret, cum addit tunc easdem ratio, & sic idem jus servandum est, quod est notandum, & cogitandum, quia à nemine usque nunc vidi consideratum. Uterius & ex lege nostra tantum unum quantum promittente legato, cessat jam quaestio illa, num filius vel pater gravatus possint duas & quartas detrahere, legitimam scilicet, & Trebellanicam, secundum glossam, Totas in l. 1. tit. 5. part. 6.

Ibi, Ito mas ne allende, Si legitimos & naturales descendentes habet, secus vero alias, nam tunc si quantum non sufficiat pro alimentis, ultra quantum pro eis pater etiam legare poterit. Nam licet verba hæc taxativa sint, non tamen ita arctè intelligenda sunt, quin si ipsa quinta pars non sufficiat pro alimentis talis filii spurii, amplius relinqui non possit, nam equidem poterit legitimis & naturalibus deficientibus secundum Antonium Gomez hic & Covarruvias relatum, & secundum per Didacum Perez, in l. 2. tit. 3. libro 1. Ordinament. columna 165. & iterum in l. 1. ritual. 1. libro 5. Ordinament. pagina. 131. in princ. & Matienço gloss. 1. numero 1. in lege sequente & glossa. 1. & 3. l. 1. ritual. 1. part. 6. & novissime Joann. Gausiam de expensis & melior. cap. 3. num. 27. & 28. & Molinam de Primogenitiis lib. 2. capit. 15. num. 52. cum sequentibus, quicquid contrarium voluerit Tellius in lege 10. Tauri numero 3. & gloss. bene considerata, in l. 8. verbo Menester. tit. 13. part. 6. etiam si pro se eam allegaverit Joannes Gausia ubi supra quas contrarietates assignat Lara, in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit num. 59. ff. de liberis. agnoscentis & tunc id quod erit necessarium ne fame pe-

reat dabitur ultra quantum, ut per Matienço hic gloss. 1. numero 12. Possunt tamen hæc opinionis ex dictis concordari, ut prima procedat filiis legitimis & naturalibus existentibus, nam tunc ultra quantum pro alimentis filio spurio, vel incestuoso relinqui non potest à patre vel matre, etiam si quantum pro alimentis non sufficeret, sed deficientibus legitimis, & naturalibus totum id quod necessarium fuerit pro alimentis, etiam quantum excedant, potest pater vel mater relinquere filio incestuoso, & damnati coitus, & sic cessant contrarietates ut voluit Molina ubi supra numero 53. versic. in secundo casu, & gloss. 3. d. l. 1. 10. quas post hæc vidi per penas per Matien. in l. sequente in gl. 1. num. 6. cum sequentibus aliquibus, nam vera est opinio quod etiam stantibus legitimis descendentibus possit mater relinquere filio damnati coitus quantum bonorum ut per Matienço hic glossa 4. numero sexto. Et an si quanti minor pars sufficiat ad alimenta, excessus ille revocabitur, vide Molinam ubi supra, num. 54. ubi num. 55. & in l. 8. infra eo numero 6. qualiter alimenta sint prestanda filio spurio, an secundum qualitatem, & dignitatem, an vero secundum vice necessitatem, examinat, & Matienço ubi supra, & Spino in speculo testamentorum gloss. 16. princ. num. 1037. cum sequentibus, & Lara, in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 61. cum quatuor sequentibus. ff. de lib. agnosce. & Matien. ubi supra numero decimo tertio & decimo quarto, & vide in l. sequente gloss. 3. Uterius & adeo quantum huic filio bastardo & spurio, vel incestuoso, etiam & adulterino potest pro alimentis per patrem, vel matrem legari, ut quamvis per tacitum fideicommissum relinquatur, * suum erit non filii, ex text. optimo & singulari, in l. 1. C. de laori. lib. 10. ubi probatur optima regula, scilicet, quod si ei, qui capere potest palam aliquid, relinquatur illud per tacitum fideicommissum, cessat delatio, & sic ab eo auferri non potest, quod est text. noviter per me ad hoc consideratus. Uterius potest in tantum filio tali quantum relinqui, quod quamvis filius talis habeat aliàs unde se alimentari, potest ei pro alimentis legari, & secundum Covar. in dicit. §. 6. 2. part. c. 8. num. 10. & gloss. 1. in d. l. 10. tit. 13. part. 6. idque examinat Tell. in l. 10. Taur. num. 6. & in l. sequente, num. 10. referam latè & declarabo, & ibidem ipse Covar. alia plura inserti in propositum per ipsam videnda. Unum tamen est notandum, quod si pater aatejus hæredes cogenerent alimentare filium bastardum, non tenerentur hoc facere, si talis filius haberet aliàs unde se alere posset, ut ibi per Covar. num. 9. & Oroscium. l. 1. §. jus naturale. ff. de just. & iure. & Tell. dicit. l. 10. num. 6. ubi num. 2. quaerit & discutit, qualiter ista alimenta prestabatur an secundum dignitatem filii, an vero secundum reddituum quantitatem, vel secundum proprietatem bonorum, in num. 14. ipse Tellius examinat, vel an secundum indigentiam & necessitatem supra hac gloss. remissivè diximus, & per nostrum Gutierrez in allegationibus suis, allegatio. 14. num. 5. & 6. Doctorem Spino in speculo testamentorum. gloss. 16. princ. num. 101. cum sequentibus. & vide leg. 2. tit. 19. part. 4. probantem quod secundum potestatem alimentantis. Aliud etiam notandum est, quod cum quantum relinquatur expresse pro alimentis, morte ipsius filii cessabunt alimenta, & redibit quantum ad hæredes ab intestato, vel ex

testamento, si testamentum fecit, de quo supra hoc tit. in l. precedente dictum est, licet videtur esse contra l. 10. Tauri, ubi dico, in casu tamen in quo sic esset, non procederet, si filios relinquere, nam tunc ad eos quantum deveniret pro alimentis, Item intelligerem quoties expresse pro alimentis quantum relinquatur, secus vero, si tantum simpliciter quantum relinquatur, absque mentione alimentorum, & ita potest procedere d. l. 10. Tauri, ut dictis non obstat, & vide dicenda ibi, & in presenti, in gloss. 1. de la tal parte, num. 36. notandum itidem est pro his glossis complementum, quod in casu in quo ex quinto pro alimentis relicto superest aliquid non necessarium ad alimenta, eò quod pro alimentis minus quam quantum sufficeret, in illo excessu potest quodlibet onus apponi, & intelligitur appositum in eo, quod superest. Nam si legator apponit aliquod onus vel gravamen, valet & tenet legatum in eo quod superest onere illo deducto, secundum text. in l. non amplius. de leg. 1. quem ad hoc ita tenendo notat Anton. Gomez, Tom. 1. c. 12. num. 25. & Tell. hic num. 15. sic declarans id quod ipse Antonius Gomez dixit, in l. 10. Taur. num. 43. & latè an excessus ille valeat novissime examinat Doctor Spino, in specul. testamentorum. gloss. 16. princ. num. 203. cum duobus sequentibus, & Ant. Lara, in dicit. §. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 61. cum quatuor sequentibus, ubi contrarias sententias referunt. & Matienço, gloss. num. 13. & 14. sequentibus, & in l. sequente gloss. 3. examino: quod tamen intelligerem quoties quantum, vel alimenta relinquuntur filio ex damnato coitu nato, vel ex clerici concubitu, quo casu potest ei mater quantum pro alimentis legare, non vero verificabitur in filio naturali, cui quidem si mater quantum hoc legaverit vel alimentum, non potest in excessu aliquid onus apponere, si talis mater filius legitimus, & naturalibus caret, quasi in hoc plus privilegiare possimus naturalem filium, quam natum ex damnato coitu, vel ex concubitu clerici, cum ex l. nostra, & sequente naturalem etiam circa patrem reperiamus privilegiatum, alios vero damnati coitus & clericalis odiosos reputet lex nostra.

Ibi, Naturales ut enim possunt bona matris abque filiis legitimis & naturalibus decedentis capere tam ex testamento, quam ab intestato, imò & querelare matrem & testamentum, si pretereantur secundum text. in l. si suspensa. §. 1. ff. de inof. testam. quem ad hoc allegat gloss. Naturales in §. tam autem, Ins. ff. de inof. testam. quam commendat Bart. in l. Gallus. ff. de inof. testam. col. 1. ff. de lib. & posth. Bald. in l. 1. col. 3. C. de bon. poss. & Ant. Gomez, & alii in l. 9. Taur. & faciunt dicta per Covar. lib. 4. Variar. cap. 21. & facit lex nostra tales naturales matri legitimis carenti descendentes hæredes omnino constitutos & nominans, & sic eis præteritis vel exhereditatis per matrem poterunt querelare matris talis testamentum licet patris testamentum non possent, quia ex testamento tantum, non vero ab intestato patri succedunt secundum textum in leg. 8. & in fine, tit. 13. part. 6. & probatur ex lege sequente, & in patre ita tenet gl. namjralet. l. 1. ff. de bon. poss. contra Tab. & Bart. ubi supra & Didacum Perez. l. 22. in gloss. fin. tit. 3. lib. 1. Ordin. col. 168. versic. Hoc tamen intellige, matri tamen, ut dixi, & ex testamento, & ab intestato necessarii hæredes sunt, ut & tradit Addition. Segura Arredo in Recopilationem, Tom. III.

ra. l. cohered. §. cum filie. num. 31. ff. de vulgari. imò & matris consanguineis & succedunt deficientibus propinquioribus, ex text. in dicta lege final. in fine, tit. 13. part. 6. ubi gloss. an in majora * ex parte matris filius naturalis succedat, & inquit quod non, quod videtur contra id, quod eademmet gloss. dixit, ut retulimus in lege 27. Tauri. postea pro l. 11. tit. 6. supra isto libro, in gloss. Que ayan derecho de les heredat, ubi probavimus filium naturalem in majoria succedere, & excludere substitutum, de quo per Meneses in l. cum acurissimi, numero 30. cum sequent. C. de fideicom.

Ibi, O spurios, Intellige dummodo non sint damnati coitus, neque filii clericorum, monachorum, monacharumve, prout & probat lex nostra ad finem ejus, nam ite neque matri succedunt ex testamento, neque ab intestato, & neque sunt digni successione, quantumvis matres tales careant legitimis hæredibus, secundum text. in leg. 10. tit. 13. part. 6. de quo infra in gloss. A jus madre, licet & si spuri dicantur secundum gloss. final. in l. 11. tit. 13. part. 6. & sic intelligitur lex nostra in iis verbis de iis spuriis, qui habentur in muliere meretricis, qui secundum illam legem partita proprie spurii nuncupantur, ut enim, cum etiam meretricie habitus sint, naturales dici possunt, cum tunc possint parentes liberè contrahere, cum soluti essent, & non affines, aut consanguinei, nimirum si & idem quod in veris & naturalibus dicendum sit, & sic spurii iste hodie legitimis deficientibus, prout hic loquimur, ita excludit substitutum sicut naturalis à matris successione, prout contra Bald. tenet Castillo hic in verbo spurios, & sic licet filii spurii jure civili matri illustri non succederent, quamvis mater legitimis filius careret, ut in Anton. si quis illustris C. ad officia, l. 1. in fin. tit. 13. part. 6. & sic in Francia neque matri neque patri succedunt bastardi filii secundum Carolam Grafallis. lib. 1. Regal. Fran. jure 7. pag. 132. in parvis, hodie tamen vides quolibet spurios sive à matre illustri, sive à meretricie sint habiti, succedere matri, etiam si mater ipsa habeat ascendentes, careat tamen descendentes legitimis ex lege nostra, dum tamen tales spurii non sint ex damnato coitu, aut ex clerico, vel religioso, ut inquit etiam & disponit lex nostra, imò & consanguineis ex parte matris succedunt ex testamento & ab intestato, si sine legitimo hærede discedant, ut per Rojas, de success. ab inof. cap. 20. n. 41. ubi & inter se spurios succedere asserit, & sic respectu matris & lineæ maternæ spurii dicuntur de genere & cognatione sua, secundum Spino in specul. testam. gloss. 16. num. 51. & 61. & cum sequentibus plura inserti. Et sic spurii si de quibus lex nostra in iis verbis loquitur, succedunt in emphiteusi & seculari, ut per Menes. l. cum acurissimi num. 34. C. de fideicom. licet in ecclesiastica non secundum eum ibi, & Jal. in l. in emphiteuticariis numero 205. C. de jure emphiteut. & sic non erunt jam ab omni clementia exclusi, ut dicebat text. in Ant. qui. mo. nat. eff. sui. §. fin. adeo ut & si neque per se neque ab alio aliquid capere possent, secundum Suarez, allegat. 27. fol. 196. pag. 2. in medio, jam tamen poterant optime, ex text. nostro, qui notabilis est in tota sua dispositione.

Ibi, Le sean herederos. Quia quotiescunque aliquis filius habet filios, pater & filius filii, neque alius ascendens non succeditur filio secundum nostram l. & l. 3. tit. 13. part. 6. nam fortior est li-

ne descendendum, quam ascendendum, ut lege scripto. ff. unde liberi.

Ibi, De parte de la madre. Idem videbatur dicendum si ex parte patris esset, argumento cuiusdam pragmatice Philisolei anni 1542. in ordine postea pro lege duodecima, titulo secundo, libro sexto infra, cui similis lex vigesima, titulo 1. libro secundo supra. Sed contrarium est tenendum, nam leges hae in contrarium allegatae loquuntur & procedunt quantum ad hoc, an gaudeant nobilitate patris filii illegitimi etiam legitimi, ut dicemus in lege duodecima Taur. qua est decima istius nostri tit. nos vero loquimur quoad hereditates & successiones earum, quod est differens, & in eis lex nostra servanda est; quoad nobilitatis vero prerogativam leges illae, prout in d. l. 10. dicemus late. Sed ex parte patris quisnam coitus poterat dici damnatus ita quod ex eo pater poenam mortis incurreret. Et dicendum est quod stuprum per vim cum virgine habitum, propter quod supra- tor poenam mortis incurrat, ex lege tertia, titulo vigesimo, parva septima, ipsa vero supra- tor nulla poenam incurrit, secundum gloss. natus. lege undecima, titulo decimo-tertio, parva sexta, licet hodie mitius puniatur. Item & in coitu famuli cognoscens filiam domini sui, etiam sine vi poenam mortis imponitur, secundum text. in l. fin. tit. 19. part. 7. & licet ex l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordin. veteris, mitius tamen hodie puniatur ex l. 4. titulo. fin. lib. 6. infra.

Ibi, Que no puedan heredat. Quid tamen si de facto iste talis filius ex damnato coitu ex parte matris natus capiat & ingrediatur bona isthac materna, an cum bona conscientia poterit illa retinere * contra text. dispositionem: Et dicendum est negativè, non posse, nam cum lex nostra iusta, honesta, & rationabilis sit, obligat in conscientia transgressorem non solum ad mortale peccatum, sed & ad restitutionem, ex late traditis per Doct. in cap. cum esset, de restam. & Ctepol. de simula. cont. num. 20. & Covar. in d. e. cum esset & in regula peccatum. 2. p. s. 3. colum. fin. in principio & in ea 2. parte in principio versiculo prima regula, ita tenet, scilicet, quod contra dispositionem legis non potest aliquid cum bona conscientia retineri, & idem Covarr. in eo c. peccatum parte 2. princ. in §. in princ. numero 3. per totum, istud enim quod filius hic capit, applicandum est venientibus ab intestato, vel alii tertio, & cum eis sit applicandum, eis in conscientia restitui debet, nam omne quod tenuisti, rapuisti, & ita in specie nostra tenuit idemmet per Covar. in 4. part. 2. cap. octavo. §. 5. n. octavo, fol. 130. in antiqui.

Ibi, A sus madres. Imò & neque patribus succedere possunt secundum textum in lege decima, titulo decimo-tertio, parva sexta. ubi & plus probatur, scilicet, quod neque per viam donationis aliquid talis filius * ex damnato coitu natus habere, neque acquirere sibi potest, ut ibi per glossam la donation, & optime per Soto, libro quarto, de iustitia & iure, quaestione quinta, articulo primo, pagina 1187. versiculo Quod autem, usque in finem. ibi & leges Partitarum, & Ordina. allegat, & considerat, & legem nostram etiam & allegat & declarat. Imò & fortius videtur probari ex l. 4. tit. 3. p. 6. scilicet quod neque ab alio institui haeres possit, licet subobscure probetur, & ideo dixit ibi gloss. pen. legem

illam tantum quoad patrem procedere, non vero quoad extraneos, nam quoad eos bene valebit donatio spurio huic dānati coitus facta, idemque videtur tenere gl. illa, etiam quoad relicta in testamento per viam legati, vel institutionis per extraneos facta, imò & quoad facta ab avo secundum gloss. illam, & gloss. la manda, in ea l. 10. & Villalobos in Armonia Juris civilis & regii littera F. numero 24. ex quadam lege partitarum ibi per eum allegata & sic limitetur etiam text. noster. qui tantum quoad matres loquitur, nisi sint filii clericorum & monachorum, in enim etiam ab extraneorum successione videntur exclusi, ut supra lege proxima dictum est. Et ad quam deferatur hereditas de facto relicta huic filio per patrem vel matrem ex damnato coitu illum procreantem relicta, vide per gloss. o hermanos, in d. 28 l. 10. & in l. procedente etiam diximus.

Ibi, De la quinta parte. Explicari videtur aequitas c. cum haberet, de eo qui dux. in mar. scilicet ut etiam filio incestuoso, & adulterino, & ex coitu alio damnato possit quantum pro alimentis relinqui, & de quo late per Covarr. ubi supra 4 p. 2. cap. 8. §. 6. per totum. Sed an illos tenebantur ascendentes ex parte patris alimentare, nam ex parte matris tenentur secundum text. in l. 5. tit. 19. part. 4. & videtur quod non per text. ibi & ibi gloss. contra tamen tenent Socin. & alii ibi allegati, & Anto. Gom. hic numero 38. & Ducaes regula 367. ampl. §. ex aequitate dicti capituli, cum haberet.

Ibi, De lo que podia disponer por su anima. Verba haec nimis dubiam aliquando me reddiderunt in duobus articulis. Primus est nam sint & verba hoc intelligenda in casu in quo mater filium damnati coitus habens ascendentes habet: secundus nam si hoc casu intelligatur, vel in casu in quo ascendentes non habet sicut neque descendentes, sit restricta in casu nostrae legis matri huic potestatis disponendi de tertio per l. 6. Tauri permixta dum ascendentes tantum habet. Et sunt haec novae meae considerationes & objectiones ad nostram legem per neminem, quem viderim usque adhuc considerate. Et quoad primum articulum assero indubitanter verba haec intelligenda, sive mater haec ascendentes habuerit, sive non, & ad hoc dicendum considero versiculum procedentem nostri text. Ibi, T en caso que no tenga la mujer hijos o descendientes legitimos, aunque tenga padre, o madre, o ascendientes legitimos, considerando dictionem illam, aunque, quae non est exclusiva, sed inclusiva potius casus contrarii, & sic in casu in quo mater haec filium habens ex damnato coitu ascendentes non habet, dictio enim, aunque, latine, quamvis est implicativa, & secundum Bazo. in l. 1. col. 2. ff. de condi. & demonst. & Cornetum cons. 42. n. 10. volu. 3. allegantem ad hoc gloss. verbo quatuor, in §. fin. athen. de iure iuran. cum ergo implicativa sit, idem constituit in casu in quo ascendentes non habet mater haec, sicut si haberet, licet enim etiam haec dictio adversativa sit, ut dixi in l. 2. numero 49. & 50. tit. 7. supra lib. 4. natura dictionis adversativae est & quod casus sequens loquatur in eisdem terminis in quibus loquitur casus praecedens, prout dicit Salic. in l. vivum ff. si cer. per. & Corne. consil. 247. numero 5. vol. 4. implicativaque dictio addit praecedentibus, secundum Parisi. consil. 90. numero 16. vol. 1. Quoad secundum articulum teneo etiam matrem hanc ex damnabili coitu filium suscipientem non posse, etiam si tantum as-

ascendentes habeat, tertium bonorum suorum relinquere huic filio damnabili coitus, & sic ex lege nostra limitandam esse d. l. 6. Tauri quae est 1. nostri huius tituli, permittentem descendentibus ascendentes tantum habentibus tertium bonorum suorum relinquere extraneo etiam ut istud tertium, ex lege nostra, respectu filii damnati coitus, cui mater ejus ascendentes solum habens vel eis itidem carens aliquid relinquere, ad quintum usque restringatur, & non ultra, nam hic est casus specialis, in quo limitatur & restringitur dicta l. 6. Tauri dispositio, generi enim per speciem derogatur, & quia cum filius hic damnati coitus insuccessibilis sit etiam matri tam ex testamento, quam ab intestato, potest restringere potestatem matri suae. Sed restat dubium aliud nunquid ex quinto isto, etiam si mater haec descendentes legitimum non habeat, neque ascendentes, implebuntur legata relicta in testamento matris istius? Et videtur quod non, & ad hoc pondero legem nostram, ibi, de la que podia disponer por su anima, si igitur ex tali intelligi debet dispositum, ut ex illo quinto non deducantur legata & implementum testamenti, nam cum impensa funeris non detrahatur de quinto, nisi casu in quo loquitur & procedit l. 30. Tauri quae est 13. titu. 6. supra hoc lib. secundum Ant. Gom. Telli. & omnes alios ibidem, nimirum si de quinto detrahendum non sit implementum testamenti & funeris impensa, sed potius ex corpore hereditatis, cum descendentibus & ascendentibus caruit testator: idque clarius deducitur ex aliis verbis nostri text. ibi, T de la tal parte despues que la ovieren puedan disponer en su vida, o al tiempo de su muerte los dichos hijos y legitimos como quisieren. Imò & plus teneo quod etiam si talis mater carens descendentibus legitimis habeat ascendentes legitimis, adhuc ex dicto quinto per matrem filio huic damnati coitus relicto non est implenda impensa funeris neque legata gratiosa testamenti, sed implebuntur haec ex residuo ad tertium usque bonorum numerando, de quo poterat haec mater ascendentes legitimis habens inter extraneos disporre, quod si residuum illud non sufficiat ad implementum impensae funeris, & legatorum gratiosorum, fiet defalcatio pro rata. Et idem crederem dicendum respectu filii huius damnati coitus matri suae quantum relinquens, prout potest, sicut ipsa ei potest, ut dictum est, nam eodem modo illegitimi ascendentes succedant descendentibus eorum illegitimis, sicut ipsi descendentes eis, secundum Anto. Go. l. 9. Tauri man. 46. Et probatur ex text. in l. 8. tit. 13. part. 6. & ideo sic alimenta possunt eis relinquere, sicut & contra ipsi ascendentes & eis, ut per Anto. Gom. d. numero 46. & Castillo in ea l. 9. Tauri nu. 8. & Telli. in l. 10. Tauri numero 25. sive sint damnati coitus, sive non, quicquid velit Rojas de sucesab intestato capi. 3. n. 36. quae omnia notanda, quia nova & singularia, & cum casus occurreret, latius consideranda, nam sicut nova sunt consideranda digna, licet mihi vera videantur.

Ibi T de la tal parte. Idem probatur in l. sequente loquente etiam cum in vim alimentorum legatur hoc quantum filii iis spuris, & necessaria fuerunt verba haec & sequentia, aliter enim cum pro alimentis quantum istud relinquatur, non transmitteretur legatum hoc alimentorum ad haeredes, ideo lex nostra permisit, ut hoc casu transmitti

possit per dispositionem inter vivos, vel in ultima voluntate factam, prout in proposito advertit Suarez l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. §. secundum fol. 9. in antiquis, & Anto. Go. hic numero 42. & Ant. Lata in l. si quis à liberis §. idem rescriptis, numero 30. & 75. ff. de lib. agnos. & Spino in Specu. testam. gloss. 16. prin. nu. 105. & 106. & communem dixit Telli. in ea l. 10. Tauri numero 16 ubi à numeris sequentibus id declarat, an legatum alimentorum transmittatur ad haeredes, & hoc etiam post hac novissime tenuit Matienço in l. sequente in gloss. 4. numero 3. cum sequentibus, ubi limitat nisi aliud ex expressa vel tacita conjectura defuncti appareret, vel si substituit in quinti excessu ad alimenta non necessario in quo secundum eum ibi onus potest apponi, de quo in hac lege dictum remanet. Item limitabam ego legem nostram & sequentem, ut tunc procederet in hoc, quoties quantum relinqueretur simpliciter, secus si ad alimenta expressè, ut in hoc ultimo casu non mutaretur natura alimentorum, ut dixi in gloss. no mat. in hac lege nostra numero 17. verumtamen quia licet lex nostra hunc intellectum pati posset, lex vero sequens non, quia loquitur quoties alimenta debentur, & sic ad ea quantum relinquatur, non satisfacit haec declaratio. Possent tamen alio modo & vero meo videri declarari in hoc nostrae leges, ut procedant, quoties filius hic illegitimus in vita aut in morte disponit de quinto hoc ei ad alimenta relicto, secus vero si non disposuit, eo quod mortuus absque ejus dispositione, tunc enim iura antiqua remanent in suo esse, ut non transmittatur quantum, sed morte finiat, idque deducitur ex verbis nostri text. & sequentis, ibi, Puedan en vida o en muerte como quisieren. Igitur si non disposuit, nihil censetur tunc immutatum ex lege nostra. Et haec est mea & nova declaratio ne corrigamus jus commune, factor tamen post hac vidille Telli. in l. 10. Tauri nu. 26. secutum per Laram in l. si quis ab heris, §. idem rescriptis, numero 76. contra tenentes ff. de lib. agnos. ideo declaratio hac mea latius erit cogitanda, & voluit novissime Matienço, hic gloss. 2. nu. 6. tenens idem quod Telliis & fortassis hoc verius cogitabit. Declarantur tamen & limitantur in hoc lex nostra & sequens in hac mea declaratione supra proxima, scilicet quoties filii non relinquent filios, quibus etiam avus vel avia relinquentes quantum hoc ad alimenta eis etiam relinquere poterant, & dicto quinto ad alimenta egebant, nam tunc eis dabitur, sicut patri non ex vi transmissionis, sed ex vi necessitatis alimentorum etiam si pater ipse in vita neque in morte non disposuisset de dicto quinto in favorem filiorum suorum, & in hoc casu procederet opinio Telliis & Larae supra proxime relata. Notate, quia singularitatis & consideratione digna dum casus occurrerit, & in l. sequente in gloss. 1. vide aliud, supra dictis accommodandum in numero 5. per corroboracione opinionis Telliis, quam pro nunc sequor.

Ibi, Quando la madre por el talayuntamiento incurrere en pena de muerte natural. Quasi secus si non incurreret poenam hanc, nam tunc quantumvis per legem coitus ille esset prohibitus & damnatus, succederet filius ille ex coitu illo habitus matri suae non habenti filios legitimis & naturales, licet ascendentes legitimis & naturales haberet, puta in filio nato ex coitu soluti & soluta; vel ex vidua honesta per vim eam cognita, secundum

Suarez l. 1. titu. 6. lib. 3. fori. §. fin. per totum, maxime in prin. fol. 93. Nam secundum consuetudinem regni, teste Antonio Gomez l. 80. Tauri numero 14. coitus cum vidua nullo modo est jam p̄ punibilis, imò & cum virgine, non imponitur jam pena mortis, ut & per glo. magnam ad fin. in l. 2. tit. 1. 9. partit. 7. & Meneses in l. transigere numero 84. C. de transig. & quia licet vidua vel virginis stupratoribus, si vis adesset, vel corruptio comitum, posset imponi pena mortis, secundum supra dictam glo. & Menes. ubi supra, sic intelligentes l. 3. tit. 20. partit. 7. ipsi tamen virgini, vel vidua nulla pena imponitur, secundum glo. natus l. 1. titu. 1. 3. part. 6. & sic cessant verba hac nostra legis, & per consequens filius talis viduae vel virginis soluta (nam de tali loquimur) successibilis matri ipsi decedenti absque descendibus legitimis ex lege nostra, dum tamen non sit immixtus incestus, secundum glo. illam d. l. 11. de quo latius infra hoc titulo. Sic etiam ex soluto & conjugato natus matri ipsi succedit p̄ sine prole descendit legitimam decedenti, secundum Dec. conf. 306. n. 1. & Matienço hic glo. 1. numero 8. quamvis ipsi patri conjugato non succederet, neque pater ei posset aliquid relinquere secundum text. in l. 10. titu. 1. 3. partit. 6. junct. a. l. 8. illiusmet tituli, nisi tantum quoad alimenta necessaria, ut in hac lege dictum est. Eodem etiam modo idem erit dicendum p̄ in filio famule coeuntis cum famulo domini sui, prout omnia hac retulit Covarr. in d. 2. parte, de sponsali. cap. 8. §. 5. numero 18. ubi in numeris antecedentibus de iis dubitabat, nam cum supradictis casibus mulier pena mortis non incurrat cum soluta esset & non uxorata, merito dicendum matri esse successibilem ex lege nostra, & facit l. 4. tit. fin. lib. 6. recopilario. nisi esset talis mulier filia vel consanguinea domini vel nutriti pueri sui, vel cum virgine domi habitata vel concubina notoria domi retenta, nam tunc cum secundum illam l. 4. tit. fin. lib. 6. infra declaratam in hoc per l. 6. titu. 2. lib. 8. recopil. possit dominus in eam scire usque ad mortem nullo modo filius talis coitus matri succedere, & voluit Velazquez, hic glo. 9. numero 13. non tamen considerans has duas leges quasi contrarias, idque etiam de jure civili esse in nato ex dictis mulieribus ex coitu per vim commissio, Bald. in l. eam quam numero 25. C. de fidei commissis. & in l. si qui illisris num. 1. C. de ord. relatus & secutus per Hyppol. consil. 99. numero 11. & 12. & Loaces de nova conversi. paga. col. 6. numero 20. facit c. proposito in principio. & in §. Lucretia 32. quest. 5. & l. vim passim ff. de adult. l. 1. §. removeri. ff. de postul. adversus eum vim nulla fide custodia neque consensus dari potest ex text. in l. si ea res ff. de actio emp. Ex quo inferri singulariter potest quod si ex coitu conjugate per vim cum ea habito nascatur filius, succedit ipsi matri decedenti p̄ sine legitimis descendibus, eo quod tunc non est punibilis, neque damnatus coitus ex dictis, prout post hac vidi tenere Matienço hic in glo. 1. numero fin. quod intellige quonies vis esset practica, & que caderet in constantem mulierem, secus si esset conditionalis, nam tunc coacta voluntas, voluntas esset, & sic matri non succederet filius ex text. in §. item queritur, c. majores, de baptismo, cui adde Loaces, ubi supra col. 14. numero 1. & cum sequentibus. Sic & filius p̄ matris illastris soluta ei succedit in correctionem dictae Auth. si qua illisris, ut jam dictum remanet in hac lege, & tenet Villalobos in

Antinomia juris civilis & regii, littera F. n. 19 fallunt tamen supradicta in filio nato ex clerico in majoribus ordinibus constituto, & ex muliere soluta, vel ex religioso, aut religiosa, nam tunc licet mulieres hac non incurrant penam mortis, ut per Matthæum Afflic. de clere. relata per Villalobos, ubi supra num. 22. filii earum non succedunt eis etiam sine prole legitima decedentibus, ex text. nostro, dum se refert ad legem de Segovia, que est lex supra proxima, ubi dixi, quod an sit idem de filio habito inter solutum & clericum beneficium Ecclesiasticum obtinentem in minoribus tamen ordinibus constitutum, in l. 10. infra isto titu. dicemus, dependet enim hoc an talis naturalis dicatur, Dubium tamen singulare est, quid hodie dicendum sit in filio adulterino habito in muliere conjugata, cum p̄ jam pena mortis antea precise imponenda, non imponatur, sed voluntati mariti & in ejus potestatem tradatur, qui potest eam relegare, vel flagellare, vel manum aut pedem amputare, ex lege fori, qua est l. 1. titu. 20. lib. 8. infra, & quam quaestionem p̄tinens omnium tetigit glo. in d. l. 11. verbo Natus, titu. 1. 3. part. 6. & ita dubiam invenit eam, quod cogitandum reliquerit. Ego tamen non invenio in ea causam sufficientem dubitandi, nam cum adultera incurrat ad communiter accidentibus penam mortis, quam maritus potest ei imponere tam jure civili, quam partitatum, & itidem ex lege noviori legum fori supra allegata, lex nostra ad id quod communiter accidit respectum habuisse censenda est, & sic filius ex ea natus incapax maternæ successiois habetur, ex lege nostra, quod & confirmatur: nam sicut antea ad hoc quod filius esset infucessibilis non erat necessarium quod mulier accensetur, sed sufficiebat quod posset accusari, secundum Specul. relatum per Telli. hic num. 12. ita & hodie ad hoc quod filius talis adulterinus ex parte matris ex coitu damnato dicatur, & infucessibilis sit matri, non est necesse quod sit clarum maritum eam ad mortem esse condemnatum, sed satis est quod ex arbitrio mariti pendat mortis condemnatio, & sic iis & aliis fundamentis relatis per Telli. hic numero 10. tenenda est hæc opinio, quam & novissimè reperi tenere latè Did. Perez l. 2. tit. 15. lib. 8. Ord. col. 2. 93. cum sequentibus aliquibus, quam & veriore & sustentabiliorem profertur Villalpando in l. partitatum 2. parte, §. quarto loco numero 9. cum sequentibus, fol. 113. & Matienço hic glo. 11. nu. 7. Velazquez in l. 9. Tauri glo. 9. num. 6. Sed est & alia & non minus singularis quaestio, quid in filio incestuoso, num p̄ & isto dicatur quoad nostrum propositum natus ex damnato coitu, Et videtur dicendum quod non, nam cum jam de consuetudine & practica communi videamus incestuosos non imponi penam mortis, sed solum si viles sunt, flagellantur & puniuntur in amissione bonorum, que antea imponebatur, & aliquando masculi in tremeas condemnationem secundum delicti qualitatem, quod si nobiles sint, in aliquod exilium mittuntur, & pena amissionis bonorum à jure iusta imponi, & in foro Ecclesiastico aliqua poenitentia etiam affiguntur, prout in seculari foro inquit uti Anto. Go. l. 80. numero 15. in fine, & iterum in l. 9. Tauri num. 15. in fine, & iterum in l. 9. Tauri numero 14. ubi inquit hodie penas isto rum esse arbitrarías, & sic mortis pena non im-

43

44

ponitur, nimirum si filius talis mulieris soluta incestuosa non dicatur natus ex coitu damnato, & sic matri ipsi succedat decedenti sine prole legitima descendit. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imò quod quantumvis ita sit, filius hic talis mulieris incestuosa dicatur natus ex damnato coitu, & matri ipsi infucessibilis sit, etiam si mater talis decedat sine prole vel generatione descenditum, vel ascenditum prout in expresse tenet glo. natus in d. l. 11. tit. 13. p. 6. & Telli. hic num. 6. tum quia secundum leges partitatum, ex l. 3. titu. 18. partit. 3. penam adultere, que erat mortis ut disponebatur in l. pen. titu. 12. part. 7. imponi jubetur mulieri huic incestuosa, & lex nostra prout dictum est in hac glossa, solum respiciat, incurri posse penam mortis, que de jure reperiebatur disposita, non vero attendebat consuetudinem & stylam imponendi minorem penam pro tali delicto, & id quod fieri debet lex respicit, præsertim si à lege id statutum erat, non vero respicit temporum mutationes, & consuetudines novas post legem introductas. Item quia cum ex consuetudine pena incestus sit effecta arbitraria usque ad mortem extendi posse arbitraríam p̄ penam testatur glo. in §. in summa, Insi de injur. que quidem glo. & ejus doctrina est tantum admilla in atrocissimis delictis secundum glo. fin. in l. 2. titu. 9. partit. 7. & Ant. Gom. de delictis c. 6. numero 8. & incestus olim de atrocissimis judicabatur, cum ex legibus regis hærefim sapere esset dispositum, & quia si incestus nunc hodie esset dispositum posset usque ad mortem arbitrium extendi in detestationem tanti criminis, ideo nimirum si & in hoc casu coitus damnatus dicatur, & ita etiam tenere videtur Covarr. in 4. p. 2. c. 8. §. 5. num. 15. ubi casum hunc non respicit ex toto, sed sub dubio cum his transit in versu ut jure communi sub numero 18. in fine, & Velazquez hic glo. 9. numero 8. & nihil hic Matienço in glo. 1. numero 1. & sequentibus, determinavit. Alios casus ubi filius est matri infucessibilis, declarat Telli. numero 1. cum sequentibus aliquibus & Velazquez d. glo. 9. Et an nepos istius filii nati ex coitu damnato p̄ possit per aviam institui heres vide Villalobos in Antinomia littera F. numero 24. & ex dictis per glo. la manda l. 8. titu. 1. 3. p. 6. determinari possit, sed in hac lege dictum remanet, ibidem me remitto. Advertendum est tamen ad unum casum positum per Telli. hic numero 7. & Velazquez ubi supra numero 11. scilicet in filio nato ex Judeo & muliere Christiana, p̄ quia propter hoc inquit quod Judæus ipse incurrit penam mortis, ex quo infucessibilis filius sit, nam lex nostra penam mortis incurrit ad ipsa muliere dispositam ut coitus damnatus dicatur, non vero requirit quod pater hanc penam incurrat, mater autem Christiana non incurrit ex coitu cum Judeo pro prima vice penam mortis, sed pro secunda secundum text. in l. 9. titu. 24. partit. 7. junct. a. l. fin. 25. tit. & part. 7. & ideo partus ex prima vice natus non censetur infucessibilis matri huic, ex secunda tamen vice infucessibilis erit matri, quia tunc mater penam mortis incurrit, ut ex dictis partu. num. legibus patet, & hoc modo possent procedere dicta à Tello in hoc casu. Notandum etiam est quod quoad matri succedendum ille dicitur coitus damnatus, ex quo mater penam mortis incurrit, ex lege nostra. Quoad vero succe-

dendum patri, nihil in damnato p̄ coitu considerando censetur immutatam, sed servabitur id quod aliàs ex jure civili, & partitatum erit statutum, ex l. 4. tit. 3. partit. 6. Nam quoad patrem lex nostra non loquitur, lexque nostra non solum requirit quoad ejus materiam, & dispositionem quod coitus matris sit damnatus, verum & quod sit punibilis, neque & contrario sufficit quod sit punibilis, nisi & sit damnatus, p̄ cum text. nos- ter copulative loquatur ibi. De damnato p̄ punibile ayum amierro, prout advertit Avend. in dictionario, in verbis, Filio natural. & hæc quoad successiones procedant, quoad hoc enim ut coitus sint omnes prohibiti & punibiles (præter uxoris coitus inter maritum & uxorem legitime conjugatos secundum Ecclesie dispositionem, & sacri Concilii Tridentini) nulli dubium ut per Anton. Gom. l. 80. Tauri, & Clarum lib. 5. præc. criminis §. fornicia. Ibi, De clerico, Intellige in sacris constitutis, secus si in minoribus tantum p̄ prout omnes tenere 50 asserit Menes. in l. cum acutissimi numero 35. C. de fidei commissis, etiam si talis minoribus ordinibus ornatus beneficium Ecclesiasticum obtineret, adhuc filius ejus ex soluta habitus naturalis filius dicitur, & matri succedit carenti descenditibus, quia poterant tunc patres ipsi absque dispensatione contrahere, si aliud impedimentum non extabat, ut late per Meneses ubi supra numero 36. ubi Telli. hic allegat in num. 36. qui Telli. allegat Didacum Perez idem tenentem contra Avend. c. 2. 6. præc. numero 18. versum item filius lib. 2. & Rodericum Suarez, & alios per eos allegatos contra & male tenentes, & hanc veriore & communiore testatur Menes. ubi supra, quam & novissimè tenet Rojas de successio. ab intest. cap. 27. numero 20. & 21. quamvis glo. magna in l. 3. titu. 2. 1. partit. 4. per text. ibi velit etiam hodie filium clerici in sacris constitutis posse matri succedere, si matrem ipsam in publicam concubinam clericus ipse non habeat, secus vero si in publicam eam haberet concubinam, nam tunc matri non succederet clericus in sacris, filius, sic declarando legem nostram que est nimia suppletio ad eam, cum generaliter loquatur & paritet quoad hoc filium clerici, filio monachi aut monachæ, in quibus non fit dicta differentia, & sic contrarium est tenendum, imò quod si concubina clericus in sacris constitutis sit publica, vel occulta, vel ex unico aut pluribus accessibus sit filius ex ea procreatus, matri sicut patri est infucessibilis in correctionem dicte l. 3. titu. 21. partit. 4. prout ultra dictos tenuit etiam Avend. ubi supra, & Rojas ubi supra numero 1. cum sequentibus, & in effecta ipsamet glo. in ea l. 3. titu. 21. partit. 4. in finalibus verbis dictæ glo. magis tenet hanc opinionem dum se refert ad dicenda per eam in l. penult. titu. 13. partit. 6. in glo. magna ad finem, dum ibi expresse tenet & indistincte filium clerici excludi à successione matris, in ampliationem legis de Coria, quam retulit lex nostra & mentionem de ea fecit, & sic in effecta glossator ipse Gregorius nostra huic accedit opinioni, que quoad clericum in sacris intelligenda est, ut dixi & post hæc vidi dixisse doctorem Spino in speculo testamentorum glo. 16. prin. numero 94. & 95. & Matienço hic in glo. 12. in fine, & sic in practica & ab omnibus passim admittam video & tenendam & sequendam iudico, & nota quod filius clerici p̄ non præsumitur genitus in

48

49

50

51

in sacerdotio, ut per Bugos de Paz in consil. 26. num. 44.

Ibi, O frayles. Caute fuerunt omilla alia verba, que in contextura antiqua aderant dicendo, frey-les, ita quod dicebatur, frayles o freyles. nunc au-tem omittitur verbum illud freyles, qui sunt Com- mendatarii Calatrave, Alcantare & sancti Jaco- bi quibus licitum est ex constitutionibus suis & statutis, & ex voto castitatis & conjugalis, quod faciunt in professione religionis, nubere, & ma- trimonium contrahere, dum tamen adsit licen- tia regis ad nubendum, & sui Prioris cum tali persona equalis conditionis, filius enim alicujus ex dictis commendatoribus habitus in muliere so- luta naturalis dicitur, & t. matri suae succedit, ex lege nostra eum non excludente, & in iis po- test etiam verbum, spurio, nostri text. verificari, Nam secundum glos. spurii, in l. 1. tit. 15. part. 4. nati ex personis inter quas prohibetur concubi- natus licet non matrimonium, quamvis spurii sunt, habentur ut naturales, prout in iis commen- datariis verificatur, cumque ita sint, nimirum si matri suae successibiles sint prole legitima descen- dentium deficiente, patri vero nullo modo succe- dent, ex diffinitione quadam facta ex papa man- dato, qui & in temporalibus disponente potest, se- cundum Didacum Perez lib. 2. Ordinar. colum. 757. & a Magistro eorum, qui rex est, approbata, & omnium eorum consensu recepta, quod si fi- lium hunc habuerint post habitum susceptum in concubina sua, nullo modo filius talis eis patribus succedat, neque naturalis dicatur, maxime si ha- bitus sit ex vili muliere, cum qua ipsi dedecus erat contrahere matrimonium, nam tunc clarius hoc esse videtur, eo quod filii illustrium habitus in similibus mulieribus, neque naturales dici pos- sunt, secundum text. in l. fin. titulo 14. part. 4. de quo vide dicenda per nos in l. 9. infra isto titulo, & libro glos. 1. ad finem. Sed an consanguineis ex parte patris succedent tales filii, ex dictis in hac lege in spurii, & naturalibus in simili questione decerpes.

Ibi, De monjas profesas. Ii enim etiam de jure civili erant infucessibiles matri, quia coitus damnabilis t. cum eis reputabitur, secundum Deci. consilia. 306. numero 2. & sequentibus volu- min. 2. nam secundum eum ibi, cum moniali com- mittitur adulterium, incestus, & sacrilegium.

Ibi, En la ley. Quae est 6. hujus tituli, ubi ali- qua diximus, cetera in propositum nostrae legis per scribentes hic videbuntur.

IN LEGEM OCTAVAM,

quae erat. 10. Tauri.

Parentes in casu in quo a jure adstringuntur ali- menta prestare filiis illegitimis non possunt ultra quin- tum honorum pro alimentis eis legare, nisi tales filii naturales sint: iis enim omnia bona potest pater relin- quere, si caret descendentiis: Possuntque tales ille- gitimi de quanto dicto disponente in vita aut in mor- te ad libitum postquam illud habuerint.

SUMMARIUM.

1. Lex nostra aequitatem canonicam imitatur, & sic in foro seculari servanda quoad alimenta filio-

rum quorumlibet, & ibi quid jure civili nisi in casibus ibi numero 3. descriptis.

- 2. Alimenta de jure naturali sunt debita filiis.
- 4. Haeredes an teneantur filio spurio prestare ali- menta si nulla ei pater reliquit.
- 5. Pater coactus per judicem filio spurio prestare alimenta an filius hic moriens transmittet ad haeredes.
- 6. Quintum relictum pro alimentis filii spurii si sit excessivum an excessus ille revocabitur ut rever- tatur ad patris haeredes.
- 7. Prohibitus donare ultra quantitatem a lege permis- sam usque ad eam donare potest, & num. 9. de- claratur.
- 8. Spiritus etiam de jure civili nihil a patre alio modo habere poterat nisi quoad alimenta.
- 10. Quintum an possit pater relinquere filio spurio etiam ditissimo.
- 11. Onus an in quinto pro alimentis relicto apponi possit. ibi per totum.
- 12. Lex nostra in versiculo, pero si el tal filio, in ne- pore procedit.
- 13. Frater institutus heredem filium suum naturalem non dicitur turpem personam instituisse si fratrem praeceat.
- 14. Filius naturalis si ex testamento imperfecto patris aliquid relinquatur, an capere possit illud.
- 15. Lex hac consultiissima. §. ex imperfecto, quod in filiis naturalibus locum habeat.
- 16. Filius naturalis an excludat substitutum.
- 17. Filius legitimus an excludat substitutum.
- 18. Declaratio ad legem sextam Tauri primam hujus tituli.

Ibi, Mandamus que en caso, dispositionem, & aequitatem canonicam sequitur lex nostra t. dum parentibus permittit alimenta illegitimis praebere, prout ex cap. cum haberet, de eo, qui du. in mat. qua poll. per adult. erat dispositum, cuius canonis vestigia legislator in praesenti etiam quoad forum seculare prosequitur, prout & semper per judi- ces tribunalium, quorum notitiam habui & vi- di, receptum fuit, aliquibus licet dissentientibus & dubitantibus an in foro seculari esset dicta aequitas canonica observanda, prout filii Mathaeus Afflicti in consil. Sicilia lib. 1. rubrica. 59. §. doliana numero 8. & 9. & per Ant. Gabriel. in communibus opinioni. tit. de alimentis, conclusio. 1. & in filiis na- turalibus etiam jure civili, ex Auth. licet C. de nar. lib. alimenta erant praestanda, & pauperi filiae na- turali dos erat danda per patrem, ut abunde tra- ctatur per Ant. Laram, in l. si quis a liberis idem res- cripsit. numero 1. cum sequentibus aliquibus ff. de lib. agnos. folio 40. columna. 3. cum sequentibus: in spuriiis vero filius alius erat inductum scilicet patrem alere eos non teneri ex Auth. ex complexu. C. de incest. cujus argumentum hanc opinionem plures tenuerunt relati per eundem Laram ubi supra nu- mero 4. & hoc ut homines abstineant ab impro- bo, inhonesto quoque coitu, ob idque sanctissimus Papa Pius Quintus tuo motu proprio disposuit, ut neque alimenta possent clerici filii suis spa- riiis praebere in vita neque in morte, quem qui- dem motum proprium usque nunc admittum esse nondum audivi: verumtamen quia alimenta t. a jure naturali procedunt, secundum Bart. in d. l. si quis a liberis §. parentis ff. de liber. agnoscent. alii plures relati per Covarr. in 4. 3. parte §. 8. cap. 6. num.

num. 8. & probatur ex l. 1. §. jure naturali. ff. de just. & jur. §. l. 2. tit. 7. part. 2. & communem testatur Ioannes Garfia. de expensis capit. 3. nume- ro 6. & late Lara in d. §. parentis numero primo cum sequen. Spino in Speculo testamentorum glos. 16. prin- cip. num. 99. & Sarmiento lib. 2. cap. 14. numero 6. & 7. & ex eo quod nati sunt, non sunt per- dendi, successit aequitas canonica in dicto jure naturali fundata disponens omnibus filiis esse ali- menta per parentes praestanda, ne fame pereant, ut inquit Spino, ubi supra numero 96. cum sequen- tibus aliquibus, etiam ex nefariis & incestis nup- tiis nati sunt, secundum Laram in d. l. si quis a liberis §. idem rescripsit, numero 11. ubi cum seq. probat hanc communem sententiam optime probari ex d. e. cum haberet. contra Paleotum ibi allegatum aliud dicentem, & latissime Rojas, de successione ab intest. cap. 21. per totum, & cum hac canonica aequi- tate naturali jure fundetur, merito quod jus civile non sit observandum, sed quod in utroque foro dicta aequitas canonica servetur, prout quotidie ser- vatur, ut per Laram, in d. §. idem rescripsit. nu- mero 17. & sic ibi numero 19. inquit Dinum in con- silio 9. dicentem non posse patrem vel avum filio spurio alimenta denegare, nec testamento jubere ne haeres eum aliat, bene dixisse, & plures eum sequentes allegat, & cum sequentibus numeris id ampliat ad dotem filiae spuriae, & limitat duobus modis, & iterum ad matrem id ampliat ut ad haec alimenta teneatur, & hanc veritatem & re- ceptiorem testatur Matien. hic glos. 1. numero 4. sed quia haec extra materiam sufficit, ut ad in- firmitatem deveniamus legem nostram hanc aequi- tatem perquisisse, & patri alimenta danda tali filio spurio taxasse ad quintum usque bono- rum, prout nostram legem, & praecedentem ad hoc consideravit Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 98. columna 1. in principio, & tenet Molina de primogen. lib. 2. cap. 15. numero 42. cum sequentibus aliquibus, & quamvis legem nos- tram dici possit nihil disposuisse de alimentis praestandis spurio, eo quod in casu in quo ei debeantur, disponente videatur, faciliter occupa- tus hic vicari potest, ex eo quod nisi lex nostra vellet disponente, quod pater filio spurio possit alimenta praebere vel legare, frustratoria judicari possit, verumtamen quia plures casus t. sunt de jure in quibus haec alimenta praestare non tenetur, puta si pater est inops, vel filius est dives vel opi- fex, qui ex artificio sine dedecore alii potest, & in aliis casibus per Castillo hic, in glos. en caso, deo lex nostra subiecit haec verba. En caso que el padre o la madre se obligado, &c. Sed an si pater nulla reliquit alimenta huic filio spurio haeredes tene- buntur eum alere, & dicendum est quod sic t. cum communiori & veriori opinione, teste Lara, in d. §. idem rescripsit num. 79. cum 3. se- quentibus. Sed cum in lege praecedente, in glos. T. de la tal parte, dixerimus, & dubitaverimus an ali- menta haec & sic quintum pro eis relicta per patrem transmittat filius spurius ad suos haeredes sive de eis disposuerit in favorem haeredum, sive non, dubitabile est an idem sit quoties pater in- vitus a iudice alere cogitur filium t. hunc spurium & Lara ubi supra in numero 76. inquit non esse idem, eo quod inquit legem nostram loqui, quo- ties lubens ac sponte pater legat filio huic ali- menta. Azevedo in Recopilacionem. Tom. III.

ta non vero si coactus, verum Castillo, hic in glos. lo que quisere numero 59. contrarium tenet, & sic bene inspicitur, & bene, & pro hoc considero le- gem nostram, nam si secundum eam filius hic transmittit alimenta ei relicta per patrem in casu in quo pater est obligatus alimenta relinquere huic filio, igitur & in casu in quo iudex patrem ad hoc obliget, iudex enim est minister legis, igitur id per quod lex patrem obligabat adimplet iudex, ergo idem in uno casu, quod in alio erit, & faciunt dicta in lege praecedente, n. 36.

Ici Mas de la quinta parte, Intelligi potest si sufficiat ad alimenta, secundum quod diximus & declaravimus in l. praecedente, in glos. y. no mas ni aliende, secus aliis, ut ibi videbis dictum. Sed an e contrario, si quintum pro alimentis per patrem relictum suo filio spurio est magni valoris ita quod excedit id, quod est necessarium ad alimenta, an excessus ille revocabitur, & minuetur, ut rever- tatur ad patris haeredes, & in hoc pendunt leges & prophetae, & variantur Doctores nostri, nam pro parte negativa quod minus non debet quintum, sed quod totum spurio dandum sit, authores sunt Palac. Rub. Covar. Antonio. Gomez relati & secuti per Laram, in l. si quis a liberis §. idem rescripsit numero 61. & 65. ff. de liber. agnoscent. & eos referens sequitur etiam novis- sime Spino, in Speculo testamentorum glos. 6. prin- cipio numero 104. ubi eam asserit communem, & fundant eam ex l. nostra, & ex lege praecedente, quae erat 9. Tauri, permittentibus quintum filiis spurii, de quibus nunc loquimur legari per patrem per argumentum a contrario, scilicet; quod lex nostra constituit, ne pater aut mater in quibus casibus adstringuntur onere alendi fi- lios spurios, possint ultra quintum bonorum eis legare, ergo a contrario usque ad quintum dare poterunt, cum prohibitus donare ultra quantita- tem praescriptam a lege, usque ad eam donare possit, t. argumentum l. sancimus. C. de donat. clem. exivi de T. paradijs. versic. cum autem natura terminii, de verbor. signifi. quod singularizant Soc. & relati per Laram d. numero 65. item, quia lex regia in hoc articulo quod pater aut mater possint ultra quintum donare filio spurio, illa dictio No pueda. ad utrumque refertur, & sic pacificat eos, & ad utramque respicit, quibus fundamentis supra- dicti Doctores tenent hanc opinionem negativam: contrariam tamen affirmativam quod excessus ille sit revocandus ac minuendus a dicto quinto tenent Castillo in glos. mas de la quinta. & Telliuz num. 9. in praesenti, Matienzo, etiam hic in glos. 1. num. 13. & 14. & hanc veritatem & verissimam eam sequens testatur Molina de primogenitiis lib. 2. cap. 15. num. 54. & hanc licet in lectura Spino s. ubi supra in n. 103. non attestetur communem, it repetitorio tamen ipsi iudicet lecturus, in verbo, Alimen- ta, communem contra communem asserit esse, & sic secundum eum haec secunda etiam com- munis est, quae quidem fundatur, haec de jure ci- vili spurii quoad patrem (quoad quem in hac loquimur questione) incapax est ex testamento & ab intestato t. & ex contractu antea vivos ali- quid capere, in §. fin. qui. mor. nati. effi. sui. in. Authentica ex complexu. C. de incestis nup. Authen. licet C. de mat. lib. 1. 4. tit. 3. part. 6. l. 10. tit. 13. ead. part. ubi glos. haeredes, in principio, ita tenet, nisi quoad alimenta, ex lege nostra, & praecedentem.

te, & de iure civili sic etiam asserant esse, quoad alimenta, Bart. in d. *auth. ex complexu*, quem & alios ad hoc refert Anton. Gabriel. in suis communibus opinio. tit. de alimentis, conclusio 1. n. 7. & 8. ubi n. 9. hanc communioem testatur opinionem, & ex Bald. & aliis intelligit eam, ut quoad alimenta capax sit spurius capere ex bonis patris, dum tamen sit quoad alimentis quantitatem convenientem & non ultra, si ergo spurius a patre nihil ultra alimenta necessaria capere potest manifeste sequitur, quod si quantum ei relictum per patrem pro alimentis excedens necessitatem alimentorum excessus ille non est ei dandus, sed hereditibus patris. Item lex nostra non permittit indistincte quantum legari, nisi pro alimentis, & in casu in quo pater sit onere alendi filium spurium obligatus, sed si minora alimenta sufficiunt quam quantum non permittit legari, quia proccium legis inducit causam finalem, cessanteque causa cessat effectus, & sic remanet excessus in dispositione iuris communis secundum quod ultra necessaria ad alimenta spurius non potest capere ex bonis patris, neque est sumendum dictum argumentum a contrario pro prima opinione sumptum in iuris communis correctionem, & ubi absurdum resultaret, neque censendum legem nostram non permittemem ultra quantum pro alimentis legari, velle totum quantum legari posse, si totum non est necessarium, sed prohibuisse potius, cum limitative loquatur, dum dicit: *En caso que el padre o la madre sea obligado a dar alimentos*. Hæc autem alimentorum nominatio restringit potestatem relinquendi quantum ultra necessaria alimenta, ergo opinio hæc vera est: neque obstat huic fundamento illud primæ opinionis, quod prohibitus donare ultra certam quantitatem non censetur prohibitus usque ad eam donare, quia doctrina hæc locum habere poterit, nisi lex quantitatem præscribens, limitative præscribat, & pro alicuius causæ implemento, quia tunc usque ad causam illam implendam disponere poterit, & non ultra, cum limitata causa limitatum producat effectum l. *age cum Geminiano. C. de transfalio*, vel quoties si excessus ille ad necessitatis implementum non necessarius solveretur, corrigerentur iura alia prohibentia ultra quantitatem necessariam capi non posse, nam tunc lex prohibens ultra quantitatem certam donari pro causa aliqua, non censetur permittere totam quantitatem legari & donari si tota non est necessaria, & sic doctrina illa pro prima opinione allegata, ex l. *sanctimus*, & ex *Clementina exivi*, non loquitur in hoc casu, quoties præscribit, & taxat quantitatem respectu alicuius causæ, prout lex nostra taxat, & per consequens nihil obstat huic secundæ opinioni, lexque 9. Tauri, quæ est præcedens, & quam pro prima opinione eam tenentes allegant, loquitur in matre, cui quidem spurius est legitimus hæres, si mater decedit absque descendentibus legitimis & naturalibus, quod secus est in patre, ut inquit Molina, ubi supra & patet ex l. 10. 11. & 12. tit. 13. part. 6. & quamvis lex nostra matrem & patrem pariter, est in casu in quo alimenta filio spurio præstare tenentur, & sic onus illud alimentandi restringit necessaria ad alimenta, ut dictum est, & ab eis non licet resistere. Et sic hæc secunda opinio magis mihi applaudet, limita ut *num. 11. infra*. Ex qua inferri

potest lapsum fuisse Gregorium Lupum in lege 10. gloss. in fin. tit. 10. part. 6. & Laram eum sequentem, in d. §. *idem referijste num. 67.* & Covarruvias, in l. *precedente num. 15. relatum*, dicentes posse patrem filio spurio suo etiam distillato relinquere quantum ¶ suorum bonorum, & quodam consilio Craveta ibi allegato, nam ex dictis id falsum videtur, cum lex nostra tunc solum permittat quantum legari tali filio per patrem quoties pro alimentis relinquatur, alimenta tamen non debentur filio spurio habenti unde se aliat, ut ipsemet Lara ubi supra numero 28. testatur esse receptam sententiam, & communem testatur Palacios Rub. in repetitione cap. *per vestras versificata tamen*, quem & alios hanc dicendo magis communem, refert Ant. Gabriel. in d. tit. de alimentis, conclusio 1. num. 21. ubi n. 22. ampliat etiam si filius vivere possit ex redditibus beneficii, ex quibus Tellius hic *num. 6. & 7.* iure optimo reprobat istam doctrinam Gregorii Lopez, & Lara eum sequentis, imo & quod plus est quod Craveta, quem pro se ipse Gregorius allegat, non loquitur quoties filius spurius potest habere unde se sustentare possit dum vivat, sed potius loquitur in eo, cui alimenta in vita deficient, & deficere possunt, quod est differens, & sic ipse Craveta inquit ad finem consilii, quod Decius consulens in beneficiato, qui ex redditibus beneficii alii potest, ut pater ei non possit relinquere aliquid pro alimentis si spurius est, bene loquitur, & quod non loquitur in casu in quo loquitur ipse Craveta, nam Craveta loquitur in spurio, qui ex labore & artificio non potest vivere semper durante vita, secus vero in eo, qui ex artificio & labore potest se sustentare in vita sua, nam & talem non tenetur pater alimentare, ut communem testatur Rolandus, consil. 54. n. 52. lib. 2. & Lara ubi supra num. 29. ubi Aimon, pro hoc allegat in eodem consilio 99. & sic in casu in quo filius spurius potest se alimentare ex artificio toto tempore vitæ suæ, non meretur reprehendi Craveta prout reprehenditur ab Antonio Gabriele, ubi supra num. 21. cum id ipse Craveta fateatur, & solum asserat posse relinquere tali spurio alimenta per patrem, quoties ex artificio non potest in vita sua alimentari, & per consequens male pro se eum allegavit Gregorius, & male reprehenditur a Gabriele, cum, ut dixi, Craveta ibi non loquitur in casu in quo spurius pro vita sua potest se alimentare ex artificio, sed tantum in casu in quo non potest, propter quod cavendum à doctrina Gregorii Lopez, & caudè legendus est Craveta, in d. consilio 199. ad percipiendam eius mentem, quoad matrem tamen possit fortassis hæc doctrina Gregorii procedere habentem filios legitimis & spurium unum natum non ex damnabili coitu, cui etiam diviti possit quantum legare teneri potest, & sic procederet dicta in l. *precedente numero 15.* & faciunt pro hac differentia dicenda infra hæc lege numero 15. Pro complemento tamen huius gloss. sciendum est, quod si pater apponeret filio spurio in quinto gravamen aliquod, quod quidem gravamen consumeret excessum illum non necessarium ad alimenta, non revocaretur excessus ille, & valeret ¶ sine dubio in excessu illo, quoniam tunc excessus ille non redundat in utilitatem gravati, & tantum minus capit ex quinto illo, quantum est onus

onus & gravamen appositum, quia onus minuit pretium & valorem rei, ut dixi in l. 2. n. 16. & 17. tit. 5. lib. 2. supra. & postquam sic scripseram vidi Tellium sic tenentem in præfenti, num. 15. & in hoc sensu & casu potest intelligi id quod inquit Joan. Garfia, tract. de expensis, cap. 3. n. 27. & 54. ubi inquit vidisse iudicatum posse apponi gravamen & onus huic filio spurio in quinto per patrem ei relicto, secus vero esset in eo quod esset ex quinto necessarium pro alimentis, nam in hoc non potest apponi gravamen, ut inquit Anton. Gom. hic num. 43. quem sic est intelligendum loqui, & quamvis Joan. Garfia, indistincte dicat aliud vidisse iudicatum, cum non delectet circumstantiis litis secundum dicta iudicatum fuisse fortassis erit, & hæc vera esse iudico, & nota quod lex hæc procedit etiam quoad bona extra regnum existentia, ut per Pela. de major. 1. part. q. 58. n. 34.

Ibi, de la que podia disponer. Ut in l. 28. Tauri, pro leg. 11. tit. 6. supra isto lib. posita, statuitur.

Ibi, Pero si el tal hijo. Idem erit in nepote, ¶ secundum omnes hie, & alios supra relatos, & Ant. Gabrielem, in d. tit. de alimentis conclusio 1. n. 19. & in lege precedente Ant. Gom. & Suarez l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. §. hæc de successione, in principi. fol. 88. in antiquis, etiam si nepos sit damnati coitus, ut per Matienço, libe gl. 1. n. 23. Ex hocque verbi. Pero si el tal hijo. &c. habes notare hie esse text. expressum meo videri, in quantum ista lex permittit filium naturalem institui per patrem carentem descendentibus legitimis, licet ascendentibus non careat, quod licet frater in testamento suo instituat filium naturalem in omnibus bonis suis, frater ipsius patris instituentis præterito, non dicitur turpem ¶ personam institueret, & per consequens frater ille non querellabit fratris huius testamentum, secundum Antonium Gomez tom. 1. cap. 11. num. 38. vers. secundum est, & mirot quod istam legem ad hoc ipse neque alius, quem viderim consideret, nam si lex ista permittit præteriti posse ascendentes legitimis in hoc casu, qui quidem ex l. 6. Tauri quæ est 1. iuris nostri tituli, descendentibus morientibus necessarii hæreses sunt, quanto fortius censendum est permisisse excludere posse collaterales, instituendo filium naturalem tantum, ex quo desumitur legem illam 6. Tauri non procedere quoad nostræ legis terminos & dispositionem, prout & ibi dixi.

Ibi, Le queda mandar Justame me. Etiam titulo institutionis, vel quocumque alio titulo: Imo & fortius, quod etiam in testamento imperfecto ¶ poterit illud relinquere, & valebit, secundum Covarr. in 4. parte 2. cap. 8. §. 4. n. 13. folio 128. & Ant. Gom. l. 3. Tauri numero 54. & sic quod lex hæc contuliffima, §. ex imperfecto C. de testamen habeat locum etiam ¶ in filiis naturalibus, argumeto. l. humanitatis, ibi liberum. C. de nat. lib. & ibi hanc communem opinionem testatur, licet contrariam viorem fortassis esse asseret, inquit tamen quod attenda lege 3. Tauri secundum quam correctus est d. §. ex imperfecto, tam in testamento in scriptis, quam in nuncupativo in isto regno inutilis esset hæc disputatio, & sic vult clare quod attenda dicta l. 3. Tauri quæ est 2. tit. de los testamentos supra isto lib. non procedet isthæc communis opinio, sed potius contraria, scilicet, quod non potest in testamento imperfecto & mi-

nus solemniter inter filios bona relinquere filio naturali, inveni tamen, quod Tellius in ca. 1. Tauri, prima parte, numero 18. & 19. insulcatur valde contra has asserationes dicti Doctoris Covar. Primo enim contra primam opinionem in qua Covarr. asserit, quod de iure civili esset eo communis opinio, quod d. §. ex imperfecto, haberet locum in filiis naturalibus, inquit Tellius, quod contra est communior & verior opinio, prout ex allegatis per eum constat, & hanc etiam communem asserendo secutus est Menes. in l. cum acutissimè num. 31. C. de fideicommissi. salvat tamen ibi Tellii opinionem Didaci à Covarr. quæ prius fuit Specul. respectu matris, quæ non fit illustris; & hodie etiam si fit illustris, cum ex lege supra proxima ita illustri sicut non illustri succedit filius naturalis, ut ibi dixi, cuius quidem matris respectu possit procedere opinio illa Didaci à Covarr. & Specul. scilicet ut ipsa possit inter liberos naturales tantum testari minus solemniter, & hanc communem dicit Tell. & Menes. ubi supra; respectu tamen patris non idem erit: vel alio modo vult Tellius in vers. uno tamen casu salvare ipsius Didaci opinionem, scilicet, cum pater inter liberos legitimis & naturales imperfectè testando in eodem testamento filio naturali quantum reliquit, tunc enim etiam respectu naturalis sustinebitur testamentum illud, quamvis minus solemniter in iis duobus casibus possit opinio Didaci à Covarr. sustineri de iure civili, aliter enim etiam de iure civili contraria erat verior & communior, teste Tellio ubi supra. Quæ & hodie procedere possent retenta opinione illa, quam tenui in l. 1. tit. 4. supra isto lib. & in l. 2. ejusdem tituli, quæ erat 3. Tauri cum Tellio, ibi eam late fundante, num. 13. cum pluribus sequentibus & n. 81. in fine prima partis, tenente dictum §. ex imperfecto, non esse correctam per illam l. 3. Tauri, nam illa lex 3. Tauri, solum quoad numerum testium corrigi, & sic quoad alia privilegia à iure concessa testamento inter liberos confecto non videtur corrigere, & per consequens possit ex dictis affirmari conclusio, quod inter filios naturales non potest pater uti privilegio dicti §. ex imperfecto, nisi instituerit filios legitimis & naturales, & naturalem tantum filium in quinto bonorum, mater tamen bene poterit uti dicto privilegio inter naturales etiam, dum tamen sit quoad alias solemnitates, quam quoad numerum testium, quoad quem minorum testium lex illa 3. Tauri voluit corrigere ius antiquum, & quamvis ista mihi cum Tellio videatur iuridica opinio, difficulter in practica credo quod obtinebitur, utpote quia quasi omnes moderni Hispani, indistincte tenent ex d. 3. Tauri, quoad omnia privilegia remanere correctum d. §. ex imperfecto, ut licet videre ex relatis per Matienço in l. 2. gloss. 1. num. 3. tit. 4. supra isto lib. ubi ipse sequitur eos, & hanc communem & receptam sententiam testatur, & sicut talis sequenda erit.

Ibi, Todo lo que quisere. In quo sic legato si pater gravare possit talem filium naturalem de restituendo alteri, subintelligenda esset conditio illa si filius ille naturalis gravatus sine liberis decedisset, secundum Ant. Gom. tom. 2. cap. 5. n. 5. vers. ex quo notabiliter infero, & tunc in tacita illa conditio sufficit quod talis naturalis gravatus relinquat filios naturales ut excludatur substitutus.

- 16 prout late traditur per Meneses, in d.l. cum acutissimi n. 30. 31. C. de fideicommissis. nam si conditio illa, si sine liberis decesserit gravatus, esset expressa à testatore, non verificaretur nisi gravatus filios legitimis & naturales reliquisset, neque naturales tantum substitutum tunc excluderent. secundum Covar. in pract. cap. 38. nu. 4. vers. tertio ad intellectum gl. ad fin. quod optimum ad d. l. cum acutissimi, & ad l. cum avus ff. de cond. & dem. & tenuit idem quod Covar. Menes. ubi supra n. 36. in fin. licet Covar. non alleget. Et an legitimatus substitutum excludat in l. 10. infra isto tit. in gl. 1. dicemus annuente Deo.

Ibi, *Anque teneant ascendentes legitimis, Declaranda* est ex iis verbis lex 1. supra isto tit. & lib. 7. qua erat 6. Tauri, in quantum ibi disponitur filios ascendentes habentes non posse disponere nisi tantum de tertio bonorum, si tales filii decesserint sine descendibus legitimis, vel talibus qui habeant jus hereditandi, nam declaratur illa lex, ut non procedat quoties, etiam si careant dicti filii descendibus legitimis, non carent descendibus naturalibus, nam tunc omnia bona potest pater eis relinquere etiam si ascendentes habeat, & sic declaratur una lex per aliam.

IN LEGEM NONAM,

Quæ erat 11. Tauri.

Quis dicatur filius naturalis, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 Quis filius naturalis diceretur altercata fuit questio de iure civili & ex nostro determinata.
- 2 Quoad probandum concubinatum cessant hodie strictissime requisiti à Pal. Rub.
- 3 Filius clerici in minoribus constitutus, naturalis dicitur etiam si sit beneficiarius talis clericus.
- 4 Filius incestuosus non potest dici naturalis filius, & sic neque aliquo titulo potest aliquid à patre recipere neque ab alio institui heres ut ibi.
- 5 Filii illustrium potentium inter se matrimonium contrahere jam hodie ex legibus nostris naturales dicuntur in correctionem l. fin. tit. 14. part. 4.
- 6 Filii commendatorum trium ordinum naturales dicuntur si mulier soluta erat & sine impedimento contrahendi etiam si esset vilis, supra.
- 7 Filii habitus in pinzocola beati Francisci à viro & soluto naturalis est.
- 8 Filius habitus à soluto in propria ancilla soluta naturalis est.
- 9 Filii habitus à domino ex propria ancilla liberi sunt, præsertim si in testamento eos liberos nominaverit, nam ex hac sola nominatione liberi sunt, ubi idem dominus contraheret matrimonium cum serva.
- 10 Probatio situationis filii naturalis quomodo iure antiquo & nostro fiat.
- 11 Quando sit probandum patrem filium ut talem habuisse & recognovisse, ut dicatur naturalis.
- 12 Concubina soluta non puniatur ut concubina penam concubinatus, sed admonetur sub pena concubinarius.

- 13 Nominatio sola patris non sufficit ut naturalis filius dicatur, nisi & alia concurrant, licet ad probandum alius esse filium minor probatio requiratur, ut ibi.
- 14 Filius an in dubio presumetur naturalis vel spurcius, & non sequentibus natiur.
- 15 Confessio matris dicentis aliquem esse suum filium præjudicat si filius est in possessione.
- 16 Nobilitatem pretendens tenetur probare qualitatem legitimis, vel naturalitatis.
- 17 Filius an presumatur legitimus, remissive.

Ibi, *Ordenamos y mandamos*, Per dispositionem hanc clara redditur & determinata altercatio illa quæ Doctorem attento iure civili habita, quis filius naturalis diceretur, de qua ultra ordinarios in locis ordinariis, agit per Suarez, l. 1. tit. 6. lib. 1. Fori. quest. 1. incip. hoc præsupposito, in antiquis, folio 82. ubi per totam illam questionem multum aperit istius l. intellectum, de quo & per Covar. in 4. p. 2. cap. 8. §. 4. nu. 2. cessant etiam plura illa requisiita posita per Ripam in l. ex facto. §. si quis rogatus numero 4. ff. ad Trebellia. ut quis filius naturalis diceretur, & Capius, decis. Neapol. 32. n. 6. cessant etiam disposita in Auth. qu. b. mo. nat. effici. legi. §. palam. & in Auth. qui. mod. nat. effi. sui. §. quibus autem, & in l. pen. & fin. ff. de concubi. & l. si quis officium ff. de ritu nupt. l. 2. tit. 14. part. 4. l. 1. tit. 11. p. 7. qui concubinam hanc parum ab uxore distare debere asserbant, ut filius ex ea natus naturalis diceretur. Confirmaturque (si tale quid dici potest) quoad nostrum forum seculari iuris canonici dispositio idem quod lex nostra disponens. Atque id consuetudine totius ferme mundi affirmabat usitatum Caccia Lupus, l. si qua illustri, nu. 30. ad Orfici. C. relatus per Menes. in l. cum acutissimi. nu. 34. C. de fideicom. Ex quo & in foro nostro quoad probandum concubinatum cessare debent quæ strictissime requirebant probari, Pala. Rub. relatus per Aviles cap. 47. Prætorum, verbo Manceba publica, scilicet quod ut de concubinato quis puniri posset, nihil concubina differre debebat ab uxore legitima nisi solum in sacramento matrimonii, cum multum distet uxor à concubina, & concubina ab uxore, secundum Bart. in l. item legato. §. parvi, de leg. 3. licet quoad affectionem amatorum aliquando & quali semper nihil distent, secundum Orosium, in l. cum quadam puella colum. 594. in fin. ff. de jur. om. iud. & qua aliàs rarissime punirentur concubinatus, & multa peccata fierent, rejecta est in practica opinio illa Palacij Rubei, neque tunc requiritur requiruntur ut concubinatus puniatur, sicut requirebat ubi supra Pala. Rub. sed infamia sola viciniae & rumor publicus in ea, & ingressus ad eam & scandalum & malum exemplum, & quod aliqua dantur per amicum sufficit probari, ut concubinatus probatus dicatur & puniatur in penis concubinarius, & sic jam sententiarum & sententiarum quotidie, hæc enim peccata ita perniciosa populis non est necesse ita atque probari, sicut Pala. Rub. asserbat probanda esse, ut punirentur penis concubinatus, idque ex lege nostra deducitur requisita antiqua refecant ut quis naturalis filius diceretur. Infertur etiam ex lege nostra & probatur, filium clerici in minoribus & ordinibus constituti esse naturalem, si habitus sit ex muliere soluta & cum qua libere matrimonium contrahi poterat

per

per clericum talem: Imo quamvis talis clericus beneficium ecclesiasticum obtineret, idem esset, ut diximus in l. 7. verbo Clerigos, supra isto ritu. & lib. infendum etiam est ex l. nostra filium incestuosum nullo modo naturalem dici posse quamvis patres tunc temporis liberi à matrimonio essent, utpote quia sine dispensatione matrimonium inter se contrahere non poterant, & sic neque matri succedent, ut diximus in dist. l. 7. neque patri, imo neque ab aliquo institui posse tales patres, ibidem remanet dictum, ubi vide, & quod tales naturales non dicantur, disponit optima lex 1. tit. 15. part. 4. Infertur itidem quod quantumvis filii tales nascantur ex viro illustri & vili muliere, si tunc temporis liberi erant ad matrimonium sine dispensatione contrahendum, naturales erant tales filii ab eis procreati, ut per Avend. in dictionario, verbo Hijo natural, & sic quod corrigatur l. final. titulo 14. part. 4. que hos filios talium illustrium & viliam mulierum naturales non esse disponebat, & sic ex lege nostra corrigitur, de quo glossator ibi dubitavit, & tandem in practica propter generalitatem nostri text. inquit correctionem hanc esse servandam, & verum dicit. Ex quibus potest defensori opinio dicentium, filios commendatorum trium ordinum, Alcantaræ, Calatravæ, & Divi Jacobi habitos etiam in vilibus personis, cum quibus absque Pape dispensatione matrimonium contrahere poterant, naturales esse, ut diximus in l. 7. supra eo tit. n. 52. nam secundum Telli, hic n. 11. ad fin. lex nostra in quavis muliere cuiuscumque qualitates, in qua legis nostre requisita concurrant, procedit, & sic in terminis fortioribus tenuit ea gloss. l. 1. tit. 15. part. 4. & Lara in principio repet. l. si quis à liberis n. 9. & in supremo regio Senatu sic vidi in filiis cuiusdam militis de Alcantaria iudicatum & admissos filios naturales ad majoriam patris, imo quamvis habitus essent in pinzocola tertij ordinis beati Francisci idem esse inquit glo. supraj d. l. 1. tit. 15. part. 4. Adeo ut etiam filius habitus ex propria ancilla soluta & patre soluto inter quos sine dispensatione contrahi potest matrimonium, ex Authen. sed novo iure C. de natu. lib. liber. & ex ritu. de conjugio servorum, dicitur naturalis, prout inquit Addicio, Suar. in l. 1. tit. 6. lib. 3. Fori. fol. 84. in fine cum principio sequentis, & probatur ex text. in l. si quis ingenuum cum glo. 1. ff. de cap. & post. ven. allegato per Alcia. de presump. regu. 2. par. 5. n. 8. nam liberi sunt filii tales, à lege enim consequuntur libertatem, & ex l. fin. C. communia de manum. secundum Suarez, ubi supra præsertim si in testamento ipse pater eos filios nominaverit, nam ex hoc verbo censetur effecti liberi, secundum Rebuff. in trat. de nominatio quest. 1. n. 7. ex §. fin. Inst. de adoptio. ubi Angel. id extendit, etiam si per dominum in testamento nominetur filius servus ejus, quantumcumque non esset suus filius, quod si verum est maximè momenti dictum hoc Angel. & sic crederem quod quamvis ancilla non habeatur ut concubina, contra Suarez, & Alcia. ubi supra, quod filii à domino soluto in ea habitus, si eos recognovit ut tales, erunt naturales, ex text. nostro, proptul ille Additionator Suarez, ubi supra, & hæc & alia plura in proposito nostre legis, refert Lara in repe. l. si quis à liberis numero 82. cum pluribus sequentibus, & dominus si contra- & quædam in Recopilationem. Tom. III.

heret matrimonium cum serva efficitur libera, ex l. 1. in fin. tit. 13. part. 4. Ibi, *Con tanto que el padre le reconozca por su hijo*, advertere ad hæc & ad alia verba nostri text. debet advocatus ut sciat articulos facere & ordinare super probanda filiatione filii naturalis, quia & si iure civili & partitum requirebatur probari, quod ex unica concubina in domo retenta quæ natus erat, ex iuribus in præcedentibus glossis allegatis, hodie vero licet hoc non requiratur, requiritur tamen probari, quod pater eum tacite vel expresse pro filio recognovit, puta alimentando eum in domo ut filium, vel nominando eum tam in vita, vel in morte, & quod tempore conceptionis vel nativitatis parentes poterant absque dispensatione contrahere matrimonium, eò quod non erant vere religiosi, neque votum castitatis vel alius matrimonium impediens & dirimens matrimonium de facto contractum fecerant, neque erant consanguinei vel affines intra quartum gradum, & hæc probanda sunt quoad nostri text. dispensationem, & sic plura refertur per DD. in l. cum dissimulis tradita. ff. de ijs qui sunt sui. & per Matienço hic, glo. 2. & fin. unum tamen habet notare in proposito horum verborum, scilicet, quod tunc est probandum patrem recognovisse filium ut filium, quoties habuit eam in concubinam non retentam in domo & unicum, secus vero aliàs, prout considerat Avend. in dictionario, verbo, Hijo natural, & Ant. Gom. hic, n. 2. & Covar. in 4. p. 2. c. 8. §. 4. num. 7. Itidem ex hac nostra lege notavit Aviles c. 47. Pra. verbo, O casado, concubinam soluti non puniri & pena concubinatus, admonendi tamen tunc sunt, ut à peccato desistant sub pena concubinatus imposita per leges regias, & possent insuper aliqua pena arbitraria eidem puniri, si concubinatus scandalum generaverunt, secundum Avend. cap. 26. Prætor. num. 3. & 4. lib. 2. Ex quibus omnibus & præsertim ex l. nostra, colligitur nominationem solam patris nominantis eum filium extrajudicialiter non sufficere ut naturalis filius dicatur nisi & concurrat quod habitus ex soluto & soluta potentibus tunc aut nativitatis tempore contrahere sine dispensatione: Ad probandum tamen esse quem filium alicujus non adjecta illa qualitate naturalitatis, per alias conjecturas probari sufficit prout aliàs in facto allegavi late, & fortassis aliquando in lucem exibat. Solum restat scire unum an filius in dubio nullo alio probato nisi quod sit filius, presumetur naturalis, & an spurcius, & in hoc sunt diversæ opiniones, & quod in dubio præsumatur naturalis, fuit opinio Baldo attributa à Tello, hic n. 3. qui Aymonem, & Covar. allegat idem tenentes, & Menoch. de arbit. judi. lib. 2. centu. 2. casu 194 n. 32. & Joan. Gardia, in trat. de expensis & mli. c. 3. n. 21. & hanc benigniorem vocat Mantica, & de consil. ultima voluit. lib. 6. cap. 11. num. 33. ubi allegat Alcia. sibi contrarium istud verissimum dicentem quod contrarium tamen tenuit Berta. consil. 135. volum. 2. & Alcia. de presump. regula. 2. presump. 5. numero 8. pag. 158. in parvis, & Minchaca contro. illas. cap. 85. num. 14. & 15. ubi alios ad hoc allegat, & Matienço hic, gloss. 3. num. 6. cum sequentibus, & alii relati per Mantica ubi supra num. 22. & novissimè posthæc Mascard. Tomo. 2. de proba. conclusione 1090. folio 348. Ex quibus omnibus

L i i j nibus

nibus meo videri, concordia colligi potest, scilicet quod prima opinio procedat quoties filius est reus & possessor, & non constat possidere contra juris presumptionem, tunc enim nimirum si naturalis presumatur, cum actor fundare debeat suam intentionem, & reus quamvis nihil probet absolvendus, neque est presumendum nisi id quod honestius est in dubio, ut declarat Baldus in l. filium, num. 11. ff. de iis qui sunt sui vel alii, ex l. miles §. defuncto. ff. de adulter. & ex l. maris, ff. pro socio. & sic inquit Burgos de Paz in consil. 26. num. 44. quod filius sacerdotis non presumitur genitus in sacerdotio: confellioque matris dicentis alium quem esse suum filium prejudicat si filius ille est in possessione, ut per Pelaez de majoribus, 2. parte, questione 2. numero 32. & idem si relinquatur haeres in testamento, nam qui contra dixerit tenetur probare illegitimitatem, ut per Simonem de preteritis, de interp. ult. vol. lib. 3. interp. 1. dub. 3. solut. 2. num. 3. & 4. folio 10. Secunda vero opinio procedat quoties filius hic est actor, vel quamvis reus sit & possessor, jus restitit huic possessioni, tunc enim quia actor debet probare suam qualitatem tanquam fundans se in ea tenetur probare se filium & naturalem, si qualitas hac pro suae intentionis fundamento requiritur, secundum Ang. per text. in l. lilius ff. de iis qui not. infu. & Rol. Valle, consil. 32. n. 14. & seq. lib. 3. & idem quoties jus restitit suae possessioni, quia tunc possessio nihil coadjuvat, ex l. sicuti §. si quaratur, ff. si ser. ven. & probatur ex c. ad decimas, de resit. spoliator. 6. unde five sit actor five reus qui pretendit nobilitatem, tenetur probare qualitatem legitimitatis, vel naturalitatis, ut per Tell. hic n. 8. ex quo clarius quam ex alio desumitur hac concordia, & omnes ejus conclusiones ad hac reduci possunt: In casu tamen in quo non damus tertii prejudicium in dubio debemus eum naturalem praesumere, secundum Tell. ubi supra numero 7. sic volentem intelligere opinionem Joan. And. ibi per eum relati in numero 3. vers. aliud & tertium & an filius praesumetur legitimus ut vide Mascardum, ubi supra conclusione 799. & hac pro hac lege sufficiant, Matienço hic, in gl. 1. prolecutus est naturalium successione de quo in legibus precedentibus tractavimus, ubi aptius conveniebat.

IN LEGEM DECIMAM,

quae erat 12. Tauri.

Qualiter & in quibus filius legitimus parentibus succedat, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 Legitimitas natalium restitutio dicitur, similisque arrogationi.
- 2 Legitimus à principe vere legitimus & non fidei dicitur.
- 3 Legitimus excludit substitutum, ubi ampliatur etiam conditio si sine liberis decesserit, sic expressa.
- 4 Legitimus de familia & agnatione dicitur, & per consequens in majoria succedet, ut ibi.
- 5 Legitimus an comprehendatur in dispositione principis de haeredibus mentionem facientis, &

- an in emphyteusi ecclesiastica pro se & haeredibus suscepta succedat.
- 6 Legitimitas quid debeat continere ut perfecta sit.
- 7 Legitimitas an differat à dispositione.
- 8 Legitimus si insititur heres à patre & eo mortuo appareat fuisse nullam legitimationem, cui devenit bona illa, & ibi an tunc legata testamenti sint solvenda.
- 9 Legitimus an efficiatur spurus per Monachismum & si talis efficiatur an succedat patri vel agnatis & cognatis, & an concubrat tunc cum filiis legitimis & naturalibus, cum sequentibus pluribus.
- 11 Religioni ingressi omnis mania tollitur, ubi & an ingratitude tollatur & 13. declaratur.
- 11 Filia luxuriosa per poenitentiam evitat exheredationem si in poenitentia perseveraverit.
- 12 Oblatione religionis efficiatur quis legitimus sicut per oblacionem curia, & 13. declaratur.
- 14 Secundum opinionem legislatorum non deseritur hereditas monasterio, sed per mediam monachi personam, & sic monasterium non succedat jure hereditario pro monacho, sed consensum acquisitionis naturalis, ut ibi.
- 15 Legitimus de jure civili an succedat patri ex testamento eum instituenti.
- 16 Legitimus si praeteratur à patre an possit dicere testamentum nullum.
- 17 Princeps an possit aliquem legitimize ut succedat in majoria, & ibi an possit succedere in bonis extra territorium legitimize.
- 18 Filium naturalem habens si volens filium legitimize per matrimonium contrahendum, & alius id sciens abscondat matrem ne matrimonium fiat, ad quid tenebitur.
- 19 Natus ex clandestino matrimonio an excludatur à majoratu.
- 20 Legitimus filius bastardus in vita patris an patre mortuo succedat cum legitimis & naturalibus ex jure nostro.
- 21 Filius naturalis legitimize non potest in prejudicium legitimorum, ubi idem quoad majoratum etiam si sit natus major.
- 22 Legitimus non succedit cum legitimis & naturalibus etiam natus post legitimationem, ubi idem si legitimize per subsequens matrimonium, quod declaratur numero 23.
- 23 Legitimi per subsequens matrimonium excludunt substitutum, ubi an idem sit in legitimis per rescriptum principis.
- 24 Legitimi per subsequens matrimonium an succedant cum legitimis & naturalibus alterius matrimonii.
- 25 Primogenitus legitimize per subsequens matrimonium an praefatur secundo de legitimo matrimonio nato antequam legitimize concederetur.
- Filius naturalis si suscepit filios legitimi matrimonii & mortuo patre horum filiorum avus eorum nupit cum concubina, an nepotes legitimize ut avo ab intestato succedere possint.
- 26 Adoptivus an succedat cum legitimo & naturali saltem in quarta parte quartae partii.
- 27 L. fin. tit. 15. partia. 4. permittens legitimates cum legitimis & naturalibus succedere cessat jam ex l. nostra, & sic superfluum esse jam clausulam

- filiam legitimationum, sine prejudicio venientium ab intestato.
- 28 Venientium ab intestato an sit facienda mentio in legitimatione.
- 29 Legitimi postquam legitimis & naturalibus nati erant de quibus esset facta mentio in legitimatione an succedant cum dictis legitimis & naturalibus.
- 30 Legitimitas facta vivo patre vel eo mortuo antequam adiret ejus hereditas valet etiam non citatis fratribus.
- 31 Princeps potest efficere ut legitimus concurrat cum legitimis & naturalibus, & sic apponitur in legitimationibus clausula salvo jure legitimorum, debet tamen id specificari faciendo mentionem de legitimis, ut numero 32.
- 33 An legitimitas jam quod legitimis & naturalibus non prejudicat in dubio, an prejudicabit venientibus ab intestato legitimis illis deficientibus.
- 34 Legitimus an representet patris personam ad succedendum patrio cum fratribus ipsius patris defuncti.
- 35 Statu statuto quod stantibus masculis filia non succedat, an idem si sit legitimus.
- 36 Verbum descendentes tam masculos quam feminas comprehendit.
- 37 Legitimitas quid operetur ad succedendum ex testamento, & ab intestato absque prejudicio venientium ab intestato, venientibus.
- 38 Legitimus tunc capiet quantum totum honorum ei legatum quoribus non adsunt quinque filii, ubi examinetur novissime.
- 39 Conditio apposita in legitimatione quod legitimus succedat in illa quinta parte vel in minori vel in nihilo ut patri placuerit, an valeat, quod scens si à matre legitimize 41.
- 40 Legitimitas in quo differat à dispensatione, & num. 41.
- 42 Legitimus limitative sive non habeat beneficium abstinenti, ubi an idem in legitimatione per rescriptum & an per ingressum religionis.
- 43 Legitimi obtinent jura suorum.
- 44 Legitimitas per oblacionem curia, vel ex rescripto differunt.
- 45 Legitimus per principis rescriptum an succedat omnibus agnatis & cognatis.
- 46 Legitimus an gaudeat patris nobilitate cum non sequentibus aliquibus, & ibi an quoad exemptionem tributorum, & numero 50. resolutio ponitur.
- 47 Papa cum dispensat cum aliquo filio genito ex nobili debet fieri mentio de nobilitate ut gaudeat ea.
- 48 Legitimandi habent facultatem non censetur habere dispensandi.
- 49 Intellectus quorundam legum regiarum nova recopilationis, ubi & alia ad dictas leges regias, quaestiones proposuimus.
- 51 Filius naturalis an gaudeat parentum nobilitate, & ibi an in majoratu succedat.
- 52 Requisita necessaria pro legitimatione.
- 53 Dispensatio debet facere mentionem omnium venientium ab intestato.
- 54 Legitimus ad succedendum ex testamento, succedat contra testamentum.

Ibi, Legitimitas, Quasi in natalibus restitutus, cum legitimitas restitutio natalium dicatur, teste Bald. in l. 1. c. de jure auctorum annull. Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liberis & posth. & in l. 2. de vulg. & pup. similique arrogationi dicitur ex text. in l. Jubeamus C. de nat. lib. Bald. in dist. l. 1. inter omnesque jus facit, secundum eum in ibi, legitimitasque haec erit vera, & secundum veritatem & non secundum fictionem, ut latè licet videre ex nostro Gutierrez, in repetitione. §. sui. in 4. ampliatur, per totam Inst. de her. qual. & dist. vereque legitimus & non fidei dicitur, secundum eum ibi, prout latissime ad utramque partem examinat Jaf. in l. si quis qui pro emptore. numero 227. cum pluribus sequentibus ff. de usu cap. idque quando & quomodo procedat discutit Capitiu de off. Nepol. 194. num. 7. & Tell. in l. 9. Tauri, numero 15. cum pluribus sequentibus; Sicque legitimus excludit substitutum, ut prout communem testatur gloss. Toled. l. 4. tit. 15. partit. 4. & Villalobos in Erario commun. opin. littera l. num. 88. & 90. hoc ampliatur & limitatur, & Michael Crasso recep. sentent. §. fideicommissum. questione 38. & ampliatur etiam si expressa sit conditio, si sine liberis decesserit, adhuc tunc legitimus excludit substitutum, secundum Meneses, in dicta l. cum acquirimus, numero 17. C. de fideicom. quem & Duennas hanc communem profutendo allegat ipsismet Gutierrez ubi supra, numero 182. nam legitimitas de familia & agnatione dicitur, secundum Molinam de Primog. lib. 1. cap. 4. numero 44. fecus vero erit in naturalibus liberis, dum expresse dicta conditio apponitur, ut diximus in l. 8. in fi. supra isto tit. & per consequens in majoria succedet legitimus hic secundum gloss. si no. col. 3. per totam, in l. 2. tit. 15. part. 1. ubi hanc & alias similes quaestiones proponit, & Pelaez de majora. 2. parte. quest. 1. per totam, & vide Molinam, ubi supra, libro 3. cap. 1. numero 1. & 2. licet ipse ibi numero 3. cum sequentibus, hoc ad Hispanorum primogenia extendi difficile videatur. Et an comprehendatur legitimus in dispositione principis de haeredibus mentionem faciente vide Afflicti, de off. Neapol. 329. n. 23. Et an in Emphyteusi ecclesiastica pro se & haeredibus suis suscepta succedat legitimus hic, vide per Boeri. de off. 123. num. 7. & Afflicti de off. 386. num. 1. & Ber. Diaz regula 231. ubi limitatur, haecque materia legitimationis est profunda & prolixia, secundum eundem Afflicti, dist. de off. 386. num. 8. ideoque videnda per DD. per eum ibi allegatos, ad quos ipse se remittit, & per Gutierrez in dist. §. sui per illam totam quartam ampliationem, & in materia hac vide optimum consilium Francisci Marzaritii, 37. per totam numero 47. cum sequentibus. Et quae debeant intervenire in legitimatione ut examinat hic Tellus numero 8. cum sequentibus aliquibus & per Acoltam in l. Gallus §. & quid si tantum parte 2. numero 107. usque in finem illius partis, & à num. 90. alia dixit de legitimatione: Et an legitimitas differat à dispensatione, ut ibidem ipse Acolta num. 152. & melius hic Matienço, in gloss. 1. Solum tamen libet duas proponere quaestiones in proposito hujus gloss. Prima est, si legitimus haeres instituitur à legitimante patre in testamento, & post mortem patris cum institutus reperitur quod legitimitas non valuit ob alicujus requisiti defectum, numquid bona haec deveniant ad fideum, vel